

1581. *republica* *Mag.* *ex* *arch.* *regni* *et* *metr.* *M.D.LIII.*
117
Responsum Sacrae Regiae Majestatis,
Generosis Michaeli Bruno Can-
cellario, ac Samueli Anfabro, Consi-
liariis, et Oratoribus Illustris Domi-
ni Gothardi Curlandiae, et Semigaliae
in Livonia Ducis. [Vilnae die 31.
maii, Anno 1581. datum. Ex archivo
Regni.]

Lexa N. 94. Ex arch. regni, et metr. M.D.LIII.

28

Intellexit ejus Sacra Regia Majestas querelam
Illustris Ducis Curlandiae, quae contra Privilegia
Rigenisium, non ita pridem ab ejus Majestate
obtentam, exposuit. Quare ^{quum} cum illa tales sint, ut
Privilegiorum utriusque partis cognitionem neces-
sario requirat, quae absentibus Rigenisibus nulla
hoc tempore fieri poterat, ac ejus Majestatem
magna sollicitudo belli, et projectionis interim te-
neat, cognitionem eam post felicem suum ex bello
reditum, in octo hebdomadarum rejicere necesse ha-
bit. Itaque, ^{quum} cum novis Privilegiis Rigenisibus
datis, antiquioribus nihil derogatum esse Sacra
ejus Majestas cupiat, mandavit Rigenisibus,
ut ad id tempus, ubi tunc constituta ejus Ma-
jestas fuerit, Privilegia sua mittant. Quod ut
etiam Illustris Dux per Nuntios faciat suos,
ejus Sacra Regia Majestas hortatur. Datura
autem est ejus Majestati operam, ut ^{spe} perfectis
utringue Juribus, et Privilegiis, id tandem in
eo negotio decernatur, quod jus, et equitas ipsa
pro

psa postulat. Verum ne quid Rigenses
vigore istorum Privilegiorum pretendant, dif-
ferentiasque istas cognitioni ejus Majestati
committant, serio illis mandare dignata est.
In quorum omnium fidem sigillum nostrum
preventibus, est subimpressum. Datum Vil-
nae, die ultima maii, Anno Domini ^{1581,} [mille,
simo quingentesimo octuagesimo primo.]
Regni vero nostri Anno sexto.

Stephanus Rex.